

333 Respondeo concessio Antecedente, negando consequentiam, & paritatem; duplex enim inter illud exemplum, & id de quo agimus, reperitur discrimen. Primum est, quod ex natura rei est necessarium hominem existeri in aliquo loco; hoc enim provenit ex natura corporis, quod nequit esse extra omnem locum: at vero necessitas incidendi in aliquod peccatum veniale, non oritur ex natura rei, nec ex parte ipsorum peccatorum (illa enim sunt secundum se nata vitari) sed provenit ex infirmitate nature, per peccatum originale corrupta: esset autem durum aliquem obligare ad aliquid, secundum se & ex natura rei impossibile, sive prohibere quod necessario & ex natura rei debet evenire, secus vero id quod secundum se non est impossibile. Secundum discrimen est, quod in exemplo adducto illud commune quod necessitas, semper est conjunctum, exercitio circa aliquod singulare determinatum; quilibet enim in exercitio in aliquo determinato loco existit, sique duplex est sibi necessitas, una circa commune, & altera circa continuum exercitium aliquis particularis: At vero in nostro casu est una tantum necessitas ad peccatum ut sic, sed non ad existendum continuo in exercitio alicujus peccati venialis, & ita datur perfecta libertas circa singula peccata venialia: cum tamen in exemplo adducto non sit omnino perfecta libertas circa singula.

334 Urgebis: Injusta esset lex que precipere reddi plura tributa, quorum singula reddere esset possibile, non vero omnia collectivè: nam ideo Hebræi conquerebantur Exodi 5. *Alia non dantur nobis, & lateres similiter imperantur: ex famuli tui flagellis cedimus, & injuste agitur contra populum eum.* Ergo similiter, si cum auxiliis gratia que de lege communi conceduntur, non possimus omnia peccata venialia collectivè vitare, injusta erit lex Dei, que omnia collectivè vitari precipit.

335 Confirmatur: Deus non potest precipere Angelo, ut in omnibus collectivè instantibus sit possibile, unum actum dilectionis eliciat, quia licet moraliter sit possibile elicere talem actum in singulis instantibus divinis, non tamen in omnibus collectivè: Ergo neque poterit precipere ut vitemus omnia peccata venialia collectivè, si tantum divise id possimus; & si precipit, est si- gnium quod possimus.

336 Ad instantiam responderetur, concessio Antecedente, negando consequentiam, & paritatem: est enim manifestum discrimen inter illud exemplum de tributis, & id de quo in presenti agimus: quia soluto uno & alio, per continuum solutionem exhauriuntur opes, & tandem deficit potentia physica & moralis ad solvenda reliqua, etiam divisa: hic autem postquam vitavimus unum peccatum veniale, non exhauritur potentia physica & moralis ad vitanda alia divise, sed potius periclitur & arguitur.

337 Ad confirmationem negatur etiam consequentia & paritas: differentia est, quia vitari omnia peccata venialia collectivè, est possibile physice, seu absolute & simpliciter, & solum impossibile moraliter & secundum quid: at Angelum in omnibus collectivè instantibus unius horæ elicere unum actum dilectionis, est simpliciter impossibile, quia alias numerarentur sigillatim infinita instantia horæ: de quo in 3. physico.

338 Ex his intelligis quid sit dicendum de eo, qui vovet se non peccaturum venialiter per totam vitam: si enim promittit vitare omnia peccata venialia collectivè, tale votum erit inane & irritum, quia est de re moraliter impossibili, sine speciali auxilio seu privilegio, quod Deus non est paratus omnibus dare, si vero intendat solum se obligare ad vitanda singula venialia, votum tenebit, cum illud sit physice & moraliter possibile, cum auxiliis gratia que de lege ordinaria conceduntur.

§. III.

Alia difficultas exponitur.

339 Deo tertio, privilegium vitandi omnia venialia collectivè, Beatissima Virgini fuisse concessum, non vero alicui alteri Sancto: licet aliqui speciale privilegium habuerint vitandi omnia venialia collectivè in aliquo certa & determinata materia.

Prima pars est certa de fide, definita in Tridentino sess. 6. can. 23. supra citato, ubi asseritur Ecclesiam semper ita fuisse. Eam etiam docent S. August. cap. 36. de natura & gratia, & D. Thomas 3. p. q. 27. art. 3. & 4. omnesque ejus Interpretes ibidem.

340 Secunda pars vero, que asserit privilegium istud nulli alteri Sancto fuisse concessum, & que est contra Catharinum lib. 2. de prædestin. ubi docet quosdam viros Sanctos, quos appellat insigniter prædestinatos, a mortali & veniali per totam vitam fuisse preservatos, quod specialiter asserit de Jeremia, & S. Joanne Baptista, qui fuerunt sanctificati in utero matris: hæc, inquam

secunda pars conclusionis probatur, & simul impugnat opinio Catharini: Tum quia sine maximo fundamento, ex Conciliis vel Patribus desumpto, nullus est excipiendus ab illa regula generali Scripturæ: *Nam est homo qui non peccet*; nullus autem sanctorum, nequidem Jeremias, vel S. Joannes, a Conciliis, & SS. Patribus ab illa regula excipitur: Tum etiam, quia exceptio firmat regulam in oppositum: unde cum Concilium Tridentinum, & D. Augustinus, locis citatis, ab illa communi regula solum B. Virginem excipiant, dicendum est omnes alios in ea includi.

Confirmatur: Si aliquibus sanctis tale privilegium esset concessum, maxime Apostolis, qui primitias spiritus acceperunt (ut inquit Paulus ad Roman. 8.) & ad majorem dignitatem inter ceteros sunt electi, ut scilicet immediatè accipientes a Christo, aliis traderent qua pertinent ad salutem, ita ut in eis Ecclesia quodammodo fundaretur, ut ibidem ait S. Thom. Sed illi privilegium vitandi omnia venialia non habuerunt, etiam post acceptum Spiritum Sanctum; cum ab eo tempore in levitia peccata incidere, ut patet de Petro qui fuit reprehensus a Paulo, quia reprehensibilis erat, ut ipse inquit ad Galatas 2. Ergo nulli Sanctorum, præterquam B. Virginem, privilegium vitandi omnia venialia fuit concessum.

Quod vero probabile sit, aliquos Sanctos habuisse privilegium vitandi omnia venialia in aliqua certa & determinata materia (ut in tertia parte conclusionis asseritur) patet: multi enim pie existant D. Joannem Baptistam fuisse immunem a peccatis venialibus que sermone committuntur, puta mendacis, vaniloquis, seu verbis otiosis, quia illi specialiter repugnant officio predicatoris & Precursoris. Unde Ecclesia in ejus hymno decantat:

*Antea deserti tenoris sub annis,  
Civium turmas fugiens perterritus;  
Ne levi saltem maculare vitam  
crimine posses.*

Similiter tunc pie credunt, B. Josephum habuisse privilegium non peccandi etiam venialiter in materia castitatis, saltem ab eo tempore quo B. Virgini fuit desponsatus; decebat enim sponsum hujus purissimæ Virginis, cum qua familiariter conversabatur, esse purissimum, & omni profluo libidinis motu carere. Refert etiam D. Gregorius lib. 2. Dialog. cap. 20. Benedictum nunquam sensit rebellionem carnis, postquam se inter spinas volutavit. Quod pariter de Angelico nostro Doctore asseritur, ab eo tempore quo ab Angelis castitatis cingulo fuit præcinctus. Illam etiam nunquam peccasse venialiter in materia superbia Ecclesia aperte declarat, dum in ejus officio, illius encomia celebrans, capit.

*O munus Dei gratia!  
Vincens quodvis miraculum,  
Pessifera superbia.  
Nunquam per se sit stimulum.*

Contra primam partem conclusionis, in qua diximus privilegium vitandi omnia venialia collectivè, B. Virginem fuisse concessum, objici potest: B. Virgo recitabat orationem dominicam, subindeque hæc verba: *Dimittite nobis debita nostra*, vere pronuntiabat: Ergo habebat aliqua peccata venialia, que sibi dimitti possalabat. Unde Chrysostomus homil. 45. in Matth. docet illam ex motu ambitionis, seu vana glorie Filio suo dixisse: *Vinum non habeo*. Et D. Augustinus lib. questionum novi & veteris testamenti quest. 73. videtur docere, eam habuisse in morte Christi dubitationem fidei.

341 Respondeo quod B. Virgo orans nomine totius Ecclesie, vere dicere potuit: *Dimittite nobis debita nostra*. Vel quod potuit hanc precationem facere in persona propria, quatenus nempe peccata dicuntur nobis dimitti, a quibus Dei gratia præservamur. Hinc memorabilis illa Augustini sententia 2. confess. capit. 7. *Gratia tua Domine deponit quod peccata mea nunquam glaciem solvisti; gratia tua etiam deponit quæcumque mala non feci: omnia dimissa mihi esse fateor; & quæ mea sponte feci: & quæ te duce non feci.*

Ad Chrysostomum respondet D. Thomas 3. p. quest. 27. art. 4. ad 3. ipsum vel excessivè quantum ad hoc, vel hoc dixisse sequendo aliorum sententiam. Ad Augustinum vero respondet ibidem ad 4. illam esse intelligendum, non de dubitatione circa fidem culpabili, sed de stupore quodam ex admiratione causato, quo verum Deum in carne assumpta pati & mori mirabatur. Addo quod licet ille questionum novi & veteris testamenti non est Augustinus, ut in Tractatu de statibus nature humane ostendimus disp. 1. art. 3.

ARTICULUS VIII.

Utrum ad finaliter perseverandum requiratur speciale donum, a gratia & auxiliis eam concomitantibus distinctum, & in quo formaliter consistat?

§. I.

Quibusdam præmissis, referatur sententia.

346 Notandum primo cum D. Thoma hic art. 10. & 2. s. q. 137. art. 4. perseverantiam dupliciter sumi; uno modo pro habitu virtutis inclinante voluntatem ad perseverandum, seu non desistentem in bono incepto; alio modo pro ipso actu perseverandi, seu ipsa actuali executione perseverantia. De perseverantia primo modo sumpta eleganter disserit B. Bernardus in quadam Epistola, ubi sic eam describit: *Perseverantia est unica filia Summi Regis, suis virtutum, eorumque consummatio, totiusque boni repositorium: & virtus sine qua nemo videbit Deum. Absque perseverantia, nec qui pugnas, victoriam, nec victor palmam consequitur, Epist. 129. Hæc nequam nuxia ad meritum, sed etiam mediatrix ad premium. Soror est patientia, constantia filia, amica pacis, amicitiarum nodus, unitivitas vinculum, sanctitatis propugnaculum. Tolle perseverantiam; nec obsequium mercedem habes, nec beneficium gratiam, vel laudem fortitudo. Denique, hæc sola (ut dicit Augustinus) informat meritum, remunerat currentem, coronat pugnantem, & cunctos ad portum conducit.* Unde Gregorius Magnus lib. Moral. cap. 20. *Incessum* (inquit) bonum agitur, si ante terminum vite deseratur: quia & frustra velociter currit, qui priusquam ad metas veniat, desinit. Hinc est enim quod de reprobis dicitur: *Va qui perdidistis sustinentiam. Joseph, qui inter fratres justus perseveravit, se dicitur usque in finem, solum talerem unicam habuisse perhibetur; nam quid est taleris tunica, nisi actio consummata? Quasi protensa tunica talam corporis operit, cum bona actio ante Dei oculos usque ad vitam non terminum regit. Hinc est quod per Moysen capax & caudam hostis in altari offerre precipitur, ut videlicet omne bonum quod incipimus, etiam perseveranti sue compleamus.*

Observant etiam aliqui Scripturæ Interpretes, quod olim Deo offerrebantur, non tantum primitie, sed etiam decima, quia ab ipso non tantum est inchoatio bonorum operum, per primitias significata, sed etiam perseverantia in eis, designata per decimas. De quo vide Glossam Genes. 14. ad illa verba: *Et dedit ei decimas.*

347 Notandum secundo, quod perseverantia sumpta pro actu, potest sumi dupliciter: vel pro continuatione in gratia longo tempore, abstrahendo ab hoc quod continuatur usque ad mortem: vel pro permanentia in gratia usque ad finem vite inclusive, que Perseverantia finalis appellatur. De perseverantia primo modo sumpta egimus supra artic. 6. conclus. 3. ubi ostendimus hominem justum, ut dia ablineat a peccatis mortalibus, & in bonis operibus perseverat, præter gratiam habitualement, indigeat speciali auxilio: unde supersit nobis hic agendum de finali perseverantia, de qua S. Doctor articulo ultimo hujus questionis disserit. Sed

348 Notandum tertio, quod perseverantia finalis potest esse duplex. Prima quando quis brevi tantum tempore in gratia perseverat, sed tamen quia in hoc brevi intervallo contingit eum mori, dicitur in gratia usque perseverasse: quo sensu homo laico in gratia perseveravit, licet modico tempore in ea fuerit. Secunda est, quando quis longo tempore in gratia perseverat, & eam usque ad finem vite inclusive conservat.

His præmissis, & relicto errore Pelagii & Cælestii, asserentium hominem ex viribus nature posse perseverare in gratia usque ad finem, cum ex naturalibus possit non peccare, & omnia legis mandata observare, ut refert D. Augustinus Epist. 94. tres circa propositam difficultatem reperio sententias.

349 Prima est Mailienensis, qui dicebat gratiam quidem esse necessariam ut homo perseveret usque in finem, eam tamen non esse distinctam, sed eandem numero cum gratia que quis potest perseverare, atque adeo dari omnibus donum perseverantia, etiam si actu & de facto non perseverent. Ita de illis refert Hilarius Arelatenensis in Epistola ad Augustinum, cujus verba infra referemus.

Secunda est quorundam Catholicorum, qui licet admittant requiri speciale donum ad perseverandum finaliter, quando quis longo tempore ante mortem in gratia perseverat, secus tamen quando brevi tempore post acceptam gratiam eum mori contingit. Unde illi non existant requiri speciale donum ad perseverantiam, præcisè ex eo quod est finalis, & conjunctio mortis cum gratia, sed solum ex eo quod est diuturna. Ita docet Andreas Duvalius Doctor Sorbonicus, in Tractatu de gratia q. 1. art. ultimo, citans pro hac sententia Driedonem & Vegam.

Theol. Genes., Tom. IV.

Tertia sententia asserit necessariam quidem esse specialem gratiam ad perseverandum, in statu nature corrupte, non tamen in statu integritatis, seu innocentie. Hanc insinuat Curjel hic dub. 2. §. 4. ubi ait: *Primum hominem indiguisset auxilio gratia, dante ei posse, non tamen infallibiliter perseverare, eamque ex professo docet Innocentius variis in locis, asserens Adamum in statu innocentie, præter auxilium debitum integritati nature, & gratia habituali, dans illi posse perseverare, non indiguisset alio magis speciali ad perseverandum finaliter in bono.*

§. II.

Semipelagianorum error prohibetur.

Deo primo, ad actu perseverandum in justitia usque ad mortem, præter gratiam habitualement, & auxiliis communia ei annexa, requiritur aliud donum seu auxilium speciale.

350 Probatur primo ex Concilio Arausicano 1. can. 10. ubi sic dicitur: *Adjutorium Dei etiam venatis & sanctis semper est implorandum, ut ad finem bonum pervenire, vel in bono possint opere perdurare: Ergo præter gratiam habitualement qua homines sanctificantur, & in Christo renascuntur, auxiliisque communia ei annexa, ad perseverandum finaliter necessariam est novum aliquod auxilium, quod a Sanctis quotidie est petendum & implorandum. Unde Trident. sess. 6. can. 22. sic ait: *Si quis dixerit justificantem sine speciali Dei auxilio perseverare posse, anathema sit. Ec. ibid. can. 16. Si quis, inquit: magnum illud perseverantia donum, &c. Quibus verbis hujus doni magnitudinem declarat, illudque proinde a communibus gratia auxiliis esse distinctum aperte significat.**

Idem docet Augustinus toto libro de bono perseverantia, contra Semipelagianos edito, idque probat tum variis Scripturæ testimoniis, tum etiam ratione desumpta ex orationibus fidelium & iustorum: qui a Deo finaliter perseverantiam humiliter petunt, cum dicunt in oratione dominica: *Adveniat regnum tuum. Cur* (inquit ibid. cap. 2.) *perseverantia ista postitur a Deo, si non datur a Deo? Nonne ista irrisoria petitio est, cum id ab eo petitur quod situr ipsum non dare: sed ipso non donante esse in homine postulare? Sic irrisoria est etiam illa gratiarum actio, si ab hoc gratia agatur Deo quod non donavit ipse, nec fecit. Unde ibidem perseverantiam, Magnum Dei donum, quo cætera ejus dona conservantur, appellat.*

351 Probatur secundo conclusio ratione quam habet D. Th. 3. contra gent. cap. 115. ubi sic dicitur: *Omne quod de se est variabile, ad hoc quod figatur in uno, indiget auxilio alicujus momenti immobili: homo autem variabilis est, & de malo in bonum, & de bono in malum; ad hoc igitur ut immobiliter perseveret in bono, indiget auxilio divino. Quam rationem paulo fassus expendit a. 2. q. 137. art. 4. his verbis: *Perseverantia dupliciter dicitur: uno modo pro ipso habitu perseverantia, secundum quod est virtus, & hoc modo indiget dono habitualis gratia, sicut & cetera virtutes insula: alio modo potest accipi pro actu perseverantia durante usque ad mortem, & secundum hoc indiget non solum gratia habituali, sed etiam gratuito Dei auxilio, conservantis hominem in bono usque ad finem vite. Quia cum liberum arbitrium de se sit variabile, & hoc ei non tollatur per habitualement gratiam presentis vite, non subest potestati liberi arbitrii, etiam reparati, ut se immobiliter in bono statuat, licet sit in potestate ejus quod hoc eligat; plerumque enim cadit in nostra potestate electio, sed non exercitio.**

352 Probatur tertio: Gratia habitualis datur pluribus cum auxiliis communibus ei annexis, ad bene operandum & persistendum in bono, etiam per longum tempus; qui tamen finaliter non perseverant: Ergo perseverantia finalis est donum speciale, a gratia habituali, & auxiliis ordinariis eam concomitantibus, distinctum. Antecedens est ita certum, ut plures sint reprobi, quibus major gratia habitualis, pluraque etiam auxilia sufficientia communicantur, quam multis prædestinatis, ut patet in illis reprobis, qui postquam longo tempore in bono etiam non tepide perseverantur, occulto postea Dei judicio, in aliquod peccatum mortale labuntur, & in eo moriuntur: & e contra in illis prædestinatis, qui post multa scelera perpetrata convertuntur, & vi Sacramenti Penitentia, cum sola attritione justificantur, & statim moriuntur, ut non infrequenter evenire creditur iis qui supplicio vitam finiunt.

353 Nec valet, si dicas, dari omnibus gratiam, & auxilia sufficientia, quibus possint usque ad mortem in gratia perseverare, sed quosdam iis bene uti, quosdam male, & ideo illos perseverare, non vero istos, ac proinde perseverare non esse donum a gratia & auxiliis ex parte Dei distinctum. Non valet, inquam, Primo quia hæc responsio aperte repugnat doctrinae August. lib. de corrept. & grat. cap. 12. ubi sic ait: *Tantum quippe S. Sancto accenditur voluntas eorum (scilicet Sanctorum) ut ideo possint, quia sic volunt, ideo sic volunt, quia Deus operatur ut volunt. Nam si in tanta infirmitate vitæ hujus, ipsi relinquere voluntas, ut in adjutorio Dei, sine quo perse-*



perseverare non possunt, miseram se, vellent, nec Deo in eis operari ut vellent in eis. Et sanctorum operationes, infirmitate sua voluntas ipsa succumbat. Et ideo perseverare non possunt, quia deficientes infirmitate nec vellent, nec non ita vellent infirmitate voluntatis, ut possent. Subvenit enim infirmitas voluntatis humanae, ut divina gratia indeclinabiliter et insuperabiliter agere. Et ideo quantumvis infirma, non tamen deficient, neque adversitate aliqua vincuntur. Quibus verbis S. Doctor aperte docet, ad acta perseverandum in bono, supposito etiam auxilio sufficienti, sine quo non potest aliquis perseverare, adhuc requiri aliud auxilium efficax, quo infallibiliter flectatur voluntas, & perseverantia ipsa de facto donetur, & quo Sancti & electi non nisi perseverantes sint. Quam doctrinam ita agere ferebant Massilienses, ut dicerent ex ea homines in quamdam desperationem adduci, ut testatur Hilarius in Epist. ad August. *Noteste, inquit, servum ita dividit gratiam, quae vel tunc primo homini data est, vel tunc omnibus datur, ut ille accipere perseverantiam, non qua fieret ut perseveraret, sed sine qua per liberum arbitrium perseverare non posset: tunc vero sanctis in regnum per gratiam praedestinatis, non tunc adjuvanti perseverantia datur, sed tunc ut eis perseverantia ipsa donetur; non solum ut sine isto dono perseverantes esse non possent, necum etiam ut per hoc donum non nisi perseverantes sint. His verbis sancti gratia ipsa non movetur, ut dicant quamdam desperationem hominibus exhiberi.*

Deinde ex praedicta responsione & doctrina innumera sequuntur absurda & inconvenientia: nam si donum perseverantiae subijceretur libero arbitrio, & ab eo quantum ad efficaciam & usum dependeret, sequeretur primo, quod illi qui perseverant, se ab aliis discernere prae aliis sibi proprium, nimirum per bonum usum liberi arbitrii, determinantis & applicantis gratiam, contra illud 1. ad Corinth. 4. *Quis enim se discernit?* Et insuper de sua perseverantia possent adversus alios instigare & gloriar, quasi eam non accepissent, contra id quod ibid. dicitur: *Quis habet quod non accepit? si autem accepit, quid gloriaris quasi non accepit?* Et ratio est, quia id, quod perseverantes a non perseverantibus distinguere, non esset gratia & Dei donum.

Sequeretur etiam, Deum per gratiam dare nobis solum posse perseverare: ipsum autem perseverare esse a libero arbitrio, subindeque illud quod est minus bonum & perfectum, tribui Deo, & gratia; illud vero quod est melius & perfectius, nobis, & libero nostro arbitrio: quod in Pelagianis Augustinus saepe reprehendit.

Item sequeretur, iustos non debere a Deo petere actualem perseverantiam, nec pro ea ipsi gratias agere: quia ut ait August. Epist. 107. *Provis non oramus Deum, sed orare fingimus: si nos ipsos, non illum credimus facere quod oramus. Provis non agimus gratias Deo, sed agere fingimus; si unde illi gratias agimus, ipsam facere non putamus.* Hoc autem absurdissimum est: nam ut docet D. Thom. 3. contra gent. c. 155. perseverantiam finalem petimus a Deo in oratione dominica, illis verbis: *Adveniat regnum tuum, immo in omni petitione illius orationis, perseverantiae donum postulari* (praeterquam in illa, *Dimittite nobis debita nostra*) ex Cyrillano probat August. lib. de bono persever. a capite secundo usque ad sextum.

Denique ex hac responsione sequeretur, praedestinationem esse incertam & fallibilem, utpote inmixtam medio fallibili: scilicet perseverantiam dono, quod non potest esse firmam & stabile, si ejus efficacia a causa mobili & defectibili, nimirum humana voluntate, dependeat. Unde Trid. sess. 6. c. 13. hujus doni infallibilitatem & efficaciam, non in Dei praedestinatione, explorantem futurum nostrae voluntatis consensum, sed in divina omnipotentiam referit: ait enim initio hujus capituli, quod est de perseverantiae munere, tale donum aliando haberi non posse nisi ab eo qui potens est, cum qui fiat statueret, ut perseveraret scilicet, & cum qui cadit restituere. Similiter August. lib. de corrupt. & grat. c. 8. manifeste docet perseverantiam donum a libero arbitrio independens esse, & tamen liberam voluntatem donare, dum inquit: *Si ad liberum arbitrium hominis pertinere dicit ut perseveret in bono quod signum, vel non perseveret, non Deo donante si perseveret, sed humana voluntate faciente, quid mirum est contra verba dicens: Regnavit pro te Petrus et non defecit fides tua? An audebis dicere, etiam rogante Christo ne deficeret fides Petri, defeciturum fuisse, si Petrus eam defecere voluisset, quasi aliud Petrus nullo modo vellent, quam pro illo Christus rogasset ne vellent? Nam quis ignorat tunc fuisse penitentiam fidem Petri, si ea quae fidelis erat voluntas ipsa defecisset? Et permansuram, si eadem manserit? Sed quis preparatum voluntas a Domino, ideo pro illo non posset esse inanis oratio. En quomodo S. Doct. recurrit ad preparationem Dei, non vero ad ejus praedestinationem, ut ostendat infallibilem Petri in fide perseverantiam.*

Quarto probari potest conclusio ratione fundamentali. Effectus providentiae specialis, habens infallibilem connectionem cum gloria & aeterna salute, est specialissimum Dei donum, a gratia habituali, & communibus auxiliis

ipsi adjunctis, distinctum; cum ea ut sic non sint effectus providentiae specialis, sed generalis, pertinentis ad ordinem supernaturalem, utpote communia reprobis & praedestinatis: Sed perseverantia finalis est effectus specialissimus & ultimus praedestinationis, qui est providentiae specialis ordinis supernaturalis, & habet infallibilem connectionem cum gloria & salute aeterna, juxta illud Christi, Matth. 11. *Qui perseveraverit usque in finem, salvus erit: unde egregie August. lib. de cognitione vere vitae: Ad summum bonum, inquit, iusti quaedam caetera trahuntur; quae de virtutibus hoc modo committuntur, sicut per nutritur, sicut quibus quibusdam virtutibus completitur, sicut per nutritur, sicut dilectione honoris, dilectione operationis, operatio ad summum bonum intentione trahitur, intentione boni perseverantia clauditur, perseverantia Deo sine omnino bonorum datur. Ergo perseverantia finalis est specialis Dei donum, a gratia habituali, & communibus auxiliis distinctum.*

§. III.

Dualis sententia rejicitur.

Deo secundo: requiritur speciale donum ad perseverandum in gratia usque ad mortem, etiam in adultis, qui post acceptam gratiam cito moriuntur, & in parvulis baptizatis, decedentibus ante usum rationis. Ita communiter docent Theologi, & oppositum videtur periculosum, & parum tutum, ut ait Joannes a S. Thoma, hic disp. 21. art. 2. ubi etiam conclusionem nostram probat dupli ratione.

Prima sic potest proponi. Perseverantia est donum quod habetur ex speciali gratia & providentia: Sed adulti qui post acceptam gratiam cito moriuntur, & parvuli baptizati ante usum rationis decedentes, vere & proprie habent donum perseverantiae: ergo indigent speciali auxilio, seu dono, a gratia habituali & auxiliis ei adjunctis distincto. Major patet ex dictis §. praecedenti. Minor vero expressè habetur in D. Augustino, lib. de bono persever. cap. 1. sic dicente: *Huc cor, de quo nunc agimus perseverantiam usque in finem, nullo modo habuisse dicitur est, qui non perseveraverit usque in finem, potiusque hanc habuit unius anni fidelis, & quantum infra cogitari potest, si donec moriatur, fideliter vixit, quam multorum annorum, si exiguum temporis ante mortem a fide stabilitate defecit.* Ubi vides quomodo Augustinus illam perseverantiam, de qua agit contra semipelagianos, negantes esse donum Dei speciale, dicit consistere in hoc quod fideliter aliquis moriatur, etiam si sit unius anni fidelis, aut etiam unius diei, aut horae, & cum enim totum infra annum cogitari potest. Unde cap. 17. ejusdem libri subdit: *Videat a veritate quae se aliorum, negare donum Dei esse perseverantiam usque in finem hujus vitae: cum vita huius quando voluerit ipse det finem: quomodo si ante imminente lapsum, facit hominem perseverare usque ad finem. Sed mirabiliter & fideliter evidenter largitas bonitatis Dei est, quod etiam parvulis quibus obedientia non est illius aetate ut datur, datur hoc gratia. Ubi etiam dari parvulis baptizatis, ante usum rationis decedentibus, donum perseverantiae finalis aperte docet.*

Secunda ratio est: Quod adultus post acceptam gratiam occidatur, vel puer ante baptismum regeneratus moriatur, antequam ad usum rationis perveniat, specialis Dei gratia est, quia est effectus specialis providentiae Dei, dispositio eorum mortem pro tempore quo sunt in gratia, & non finientis eos diutius vivere, ne expositi gravibus tentationibus, & subditi verititati arbitrii, eam amittant antequam moriantur: juxta illud Sapient. 4. *Raptus est ne malitia maneret intellectum ejus: Ergo ad perseverandum in gratia usque ad mortem, etiam per breve tempus requiritur speciale Dei donum & beneficium, scilicet extrinsecum, seu specialis divinae providentiae dispositio, quae gratia cum morte conjungatur.*

Confirmatur: Omnis perseverantia usque in finem est effectus praedestinationis ita illi proprius, ut nulli alteri possit competere: At quod fit cum praedestinatione comparatus, speciale donum & beneficium est, cum praedestinatio fit providentiae specialissima ordinis supernaturalis: ergo omnis perseverantia finalis, five ad longum, five ad breve tempus se extendat, est donum & beneficium Dei speciale.

§. IV.

Principales objectiones solvuntur.

Obijces primo contra primam conclusionem. Ad finiendam vitam in gratia, sufficienti gratia ipsa cum auxiliis eam de lege ordinaria consequentibus, & causis naturalibus: Ergo frustra fingitur aliud speciale donum. Antecedens probatur: Gratia cum hujusmodi auxiliis est sufficiens ad omnia peccata vitanda per aliquod tempus, intra

355

356

inter quod causae naturales possunt inferre mortem, v. g. morbus, intemperies aeris, & similia: Ergo ad finiendam vitam in gratia sufficienti ipsa.

Respondio illa omnia assignata sufficere quidem ad conjungendam mortem cum gratia, tamquam causas per accidens, non vero ut causas per se, quia causa per se est quae ex vi propria causalitatis respicit effectum, cujus dicitur causa per se; illa autem in argumento assignata non ordinatur ex vi propria causalitatis ad conjungendam mortem cum gratia: unde cum non sit dicendum hunc effectum esse mere causalem & fortuitum, necesse est ponere aliud donum distinctum, quo ita disponatur & preparatur omnes causas, ut tunc mors a causis naturalibus aut violentis inferatur, quando homo exiit in gratia.

357

Obijces secundo: Homo habens gratiam, habet jus ad gloriam, quae in gratia, ut fructus in semine, virtualiter continetur, juxta illud Apostoli: *Gratia Dei, vita aeterna*: Ergo continuo gratia cum gloria, ex debito, & non ex speciali gratia contingit, subindeque perseverantia, faciens conjunctionem gratiae cum gloria, non est speciale donum, seu specialis providentia, homini habenti gratiam indebita.

358

Confirmatur: Auxilium ad perseverandum est debitum virtuti in fide perseverantiae: Ergo & gratia sanctificans, a qua talis virtus, ut proprietatis ab essentia, dimanat. Consequentia legitima est. Antecedens probatur: Unicusque formae est debitum auxilium ad ejus operationem: Sed propria operatio virtutis perseverantiae est in bono incepto perseverare: Ergo auxilium ad perseverandum est debitum virtuti perseverantiae.

359

Ad objectionem respondeo, concessio Antecedente, negando Consequentiam: licet enim homo iustus habeat jus ad gloriam, quandiū illi in gratia, non tamen habet jus ut usque ad mortem in gratia conservetur, seu ut mors cum gratia conjungatur, cum pro hoc statu, ratione liberi arbitrii, ad bonum & ad malum veritabilis sit: unde quod quis a Deo protegatur, ut non amittat gratiam, cum ad eam mors est maximum & specialissimum donum & beneficium, ac praecipuus effectus praedestinationis: sicut e contra quod aliquis permittitur mori in peccato, seu peccatum cum morte conjungi, est ut ultimus reprobationis effectus, ut quo Christus dicebat Joann. 8. *Ego vado, & quaeritis me, & in peccato vestro moriemini.*

360

Ad confirmationem nego Antecedens, ad cuius probationem dicendum, quod virtus perseverantiae est habitus inclinans ad internum propositum, & actum electionis, quo quis interius proponit & eligit perseverare usque ad mortem, & sic auxilium correspondens huic virtuti, solum est ad praedictum actum, qui est perseverantia in affectu: unde alia hoc, ex speciali & indebita gratia est quod datur perseverantia in effectu, five in executione: cujus rationem tradit D. Thomas a. 2. q. 137. art. 4. in fine corporis dicens: *Plurimum enim cadit in nostra potestate electio, sed non executio.*

361

Obijces tertio contra secundam conclusionem: In casu quo ab instanti justificationis usque ad mortem solum intercedat facile praecipuum servandum, ad perseverandum finaliter specialis gratia necessaria non est: Ergo ad omnem perseverantiam finalem gratia specialis non requiritur. Consequentia patet, Antecedens probatur. Ad tunc perseverandum finaliter solum est necessarium auxilium ad ebservandum tale praecipuum: Sed ad observantiam illius praecipii specialis, gratia necessaria non est, ut constat ex dictis art. 3. Ergo ad tunc perseverandum finaliter, nulla exigitur gratia specialis.

362

Confirmatur: D. Thomas hic art. 10. necessitatem gratiae ad perseverandum finaliter, probat ex necessitate auxilii protegens, & dirigentis hominem contra tentationum impulsus. Sed in casu posito non indiget homo tali auxilio, cum nullo occurrant graves tentationes: Ergo neque gratia specialis.

363

Ad objectionem respondeo, negando Antecedens, ad cuius probationem, nego etiam Majorem; nam praeter auxilium ad observandum tale praecipuum (quod non est speciale, sed generale) requiritur specialissimum Dei beneficium, quo gratiam cum morte conjungat, seu quo gratiam insinuat, & mortem inserat, intentione conjunctionis utriusque.

364

Dices: Ad conjunctionem gratiae cum morte, solum requiritur, quod conservetur gratia, & quod mors tunc eveniat. At mortis eventus naturalis est, & gratiae conservatio est beneficium generale ordinis supernaturalis: Ergo utriusque conjunctio, specialissima gratia non est.

365

Respondio quod licet gratia in fide, secundum se considerata, sit beneficium generale ordinis supernaturalis, insulso tamen ejus est intentio ut cum morte conjungatur, speciale beneficium est: quia huic conjunctioni est annexa gloria infallibiliter, & ex illius efficaci intentione procedit. Similiter mors, considerata secundum rationem omnibus hominibus communem, non est donum Dei, sed potius poena primi peccati, per quod in mund.

dum intravit, ut ait Apostolus ad Roman. 5. prout tamen est conditio quadam requirit ad habendum statum immobilem in gratia, & ad gloriam obtinendam, datur, ex speciali Dei providentia, & est speciale ejus beneficium, sicut & ipsa beatitudo ad quam perducit. Unde egregie Augustinus lib. 13. *Tantum Deum gratiam fidei praestitit, ut mors quam confusio vita esse contrariam, infernum tum feret, per quod transiret ad vitam.*

Ad confirmationem ex auctoritate D. Thomae desumptam, dicatur ipsum loqui de perseverantia finali longo tempore durante, ad quam necessario requiritur divinum auxilium, tum protegens, tum dirigens contra impulsus tentationum. Dicit etiam potest, in casu posito intervenire protectionem divinam, quasi praeservativam, quatenus ea intentione Deus mortem homini immitit, ut a tentationibus eventuris si diutius vita duraret, eum liberet, juxta illud Sapient. 4. *Raptus est ne malitia maneret intellectum ejus: & illud Christi Matth. 24. Nisi breviter fuisset dies illi, non foret salvus omnis caro: sed propter electos brevialuntur dies illi.*

§. V.

Jansenii sententia confutatur.

Deo tertio: Homo in statu innocentiae, praeter auxilia debita connaturaliter integritati naturae, gratia habituali, & virtutibus infusis, a quibus habebat quod posset perseverare, alio speciali auxilio ad perseverandum infallibiliter usque in finem status vis indigebat.

Probat primo ex D. August. Epist. 106. cujus verbis Concil. Araucanum can. 19. composuit, in quo dicitur: *Natura humana, etiamsi in illa integraretur, in qua condita est permaneret, nullo modo seipsam, Creatore suo non adjuvante, servaret.* Neque potest responderi, Concil. loqui de auxilio dumtaxat sufficienti, & communi, tribuente posse perseverare; non vero de efficaci & speciali, conferente actu perseverare: alias enim canon ille, adversus Semipelagianos editus, nihil contra ipsos determinaret, utpote cum illi auxilia sufficientia ad perseverandum finaliter non negarent, sed dumtaxat efficacia, ut fatetur Jansenius.

Probat secundo ex D. Thom. hic art. 10. ad 3. ubi ex August. docet quod homo in primo statu accepit donum, per quod perseverare posset; non autem accepit ut perseveraret. Ergo sentit hominem in statu innocentiae, praeter auxilium debitum integritati naturae, & gratia habituali, dans illi posse perseverare, indiguisse alio magis speciali ad perseverandum finaliter in bono. Unde q. 27. de verit. art. 5. ad 3. docet quod tunc homo indigebat ad perseverandum divinum providentiam cum dirigente & adjuvante.

Probat tertio: Eadem est ratio de homine in statu innocentiae, quoad indigentiam specialis auxilii ad perseverandum, ac de Angelis bonis, ut fatetur Jansenius; & est manifestum. Sed boni Angeli egerunt speciali auxilio, ut finaliter in bono perseverarent: Ergo & primi parentes in statu innocentiae. Minor probatur ex August. 13. de civit. cap. 9. ubi Angelos bonos, qui in dilectione Dei perseverant, accepisse majus aliquod auxilium, quam mali qui ceciderunt, aperte docet his verbis: *His mala voluntate cadentibus, illi amplius adjuti, ad eam beatitudinis plenitudinem, unde se nunquam casuros certissimi forent, pervenerunt.* Quod certe supponit bonos Angelos indiguisse ad perseverandum speciali auxilio, alias enim frustra omnino dicerentur amplius adjuti. Neque potest majus illud adiutorium, bonis Angelis concessum, de certa scientia, qua jam beati novissent se nunquam lapsuros, interpretari, ut recte demonstrat Estius in 2. dist. 41. §. 13. cujus verba retulimus in Tractatu de voluntate Dei disp. 5. art. 7. §. 6.

Quarto probari potest conclusio ratione D. Thom. quam supra §. 2. fuso expendimus. Omne quod est de se variabile, ad hoc ut figatur in uno, indiget auxilio alienius agentis immobilis: Sed liberum arbitrium in Angelis, & in primis parentibus erat mobile, ac veritabile de bono in malum, ut infelix eventus satis ostendit: Ergo ut firmentur in bono, & in eo infallibiliter perseverarent, speciali Dei auxilio indigebant. Unde Augustinus concione 2. in Psalm. 32. loquens de bonis Angelis, sub nomine & figura calorum, inquit: *Nec ipsi firmitatem sibi propriam praestiterunt: verbo Domini cali firmati sunt. & spiritus vultus ejus omnis virtus eorum.* Idem docet Gregorius M. lib. 25. Moral. cap. 8. ubi de Angelis ait: *Alii cadentibus, ad sanandum alii solidati perhibentur.*

Denique eadem veritas suaderi potest alia ratione, quam loco citato insinuavimus. Auxilium quod est effectus specialis divinae providentiae, est speciale: Sed auxilium quo homo in statu innocentiae indigebat ad perseverandum infallibiliter in bono usque ad finem vitae, erat (etiam supposita iustitia originali & gratia sanctificante) effectus specialis providentiae Dei pro illo statu: Ergo homo in statu innocentiae, praeter auxilia, gratia sanctificans.



ficans, & iustitiae originali connaturaliter debita, quibus poterat perseverare, indigebat alio speciali, quo de facto & infallibiliter perseveraret. Major constat: Minor vero probatur. In quocumque statu homo exiit, semper effectus praedestinationis eius, est effectus specialis providentiae Dei erga ipsum: Sed auxilium homini in statu innocentiae necessarium ad infallibiliter perseverandum usque in finem vitae, fuisse effectus specialis providentiae Dei: Ergo & effectus specialis providentiae Dei. Minor est evidens: cum enim ex una parte praedestinatio nihil aliud sit in intentione Dei, quam praeparatio, & in executione nihil aliud quam collatio donorum, quibus certissime creatura rationalis gloriam aeternam sibi acquirit: ex alia vero parte auxilium necessarium ad infallibiliter perseverandum in gratia usque ad finem status vitae, sit unum, immo maxime praecipuum ex illis donis, manifestum est quod fuisse effectus maxime praecipuum praedestinationis hominis in statu innocentiae existentis, etiam si remansisset in illo statu. Major vero probatur: In quocumque statu homo consideretur, semper eius praedestinatio est specialis providentia Dei erga ipsum, est enim specialis electio ipsius praehis ad gloriam: Ergo in quocumque statu consideretur homo, effectus praedestinationis eius est effectus specialis providentiae Dei erga ipsum.

375 Dices cum Jansenio: Si Adam in statu innocentiae perseverasset usque ad finem vitae suae, discretio hominum salvandorum, atque adeo eorum praedestinatio ad gloriam, non fuisset ex gratia, nec a Deo sed a libero arbitrio, sive ab eius merito ut praviso, antequam Deus illos praedestinaret, ac proinde tunc praedestinatio hominum non fuisset specialis providentia Dei.

376 Sed contra primo: Eadem est ratio, quantum ad hoc, de hominibus in statu innocentiae, ac de Angelis in statu vitae, ut fateatur Jansenius: sed discretio bonorum & malorum Angelorum fuit ex Deo, & gratia ipsius, non vero ex libero arbitrio, sive ex eius merito ut praviso: Ergo & discretio hominum salvandorum a reprobis, in statu innocentiae, fuisset ex Deo; non vero ex libero arbitrio, sive eius merito ut praviso. Minor probatur ex August. 11. de civit. cap. 19. ubi ait: *Inter sanctos Angelos & immandos fuisse discretum, ubi dicitur, & dicitur Deus inter ceteras lucem: & addit: Solus quippe Deus illa discernere potuit.* Unde Apocal. 7. omnium Angelorum in conspectu throni Dei procedentium, haec est perpetua laus & confessio: *Benedictus & clarus, & sapientia, & gratiarum actio, honor, virtus, & fortitudo Deo nostro, in saecula saeculorum. Amen.* Quibus verbis, omnium bonorum gloriam ad Deum referunt, deque omnibus Deo gratias agentes, omne meritum, & omnem bonum liberi arbitrii usum, coramque in bono perseverantiam, in Deum ut Auctorem reducant.

377 Contra secundo: Cum omnis ordinate appetens prius intendat finem, quam media ad illud ordinata velit: meritaque electorum sint media eos ad gloriam conducentia, non potest Deus absque inordinatione prius velle, nec proinde prius videri meritum hominis in aliquo statu, quam ipsum praedestinatum ad gloriam, ut in Tractatu de praedestinatione fuisse ostendimus disp. 2. art. 1. §. 7.

§. VI.

Solvuntur objectiones.

378 Obijcies primo: D. August. lib. 1. de corrept. & gratia cap. 11. & 12. expresse docet, quod Adam per liberum arbitrium perseverare poterat, & quod ut vellet perseverare, Deus in eius reliquerat arbitrio: Sed illud non dicitur relictum arbitrio, vel fieri per liberum arbitrium, quod sit tantum ex gratia speciali, sive ad quod requiritur speciale auxilium: Ergo in doctrina Augustini, Adam in statu innocentiae non indigebat auxilio speciali ad perseverandum, superaddito donis integritatis naturae & gratiae sanctificantis, ac concursu ipsius connaturaliter debito.

378 Respondeo quod quando D. Augustinus affirmat Adam per liberum arbitrium potuisse in bono perseverare, solum intendit declarare facilitatem quam habebat perseverandi in bono ratione doni integritatis perfecte subiectae partem inferiorem superiori, & superiorem Deo, ac prohibentis omnem rebellionem, seu motum inordinatum concupiscentiae. Unde ibidem cap. 13. sic ait: *illo non opus habebat eo adjuvato quod impiorum sanctorum, cum dicitur, video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meae. Quoniam in eis caro concupiscit adversus spiritum, & spiritus adversus carnem, atque in tali certamine laborante ac periclitante, dari sibi pugnantem vincensque virtutem per Christi gratiam potest.* Ille vero nulla rixa a seipso adversus spiritum contrahit, atque turbatur in illo beatitudinis loco, sua secura pace fruetur. Solutio est D. Thomae 2. a. quae 137. art. 4. ad 2. ubi hunc locum Augustini, qui est praecipuum Janseniana doctrinae fundamentum,

ita interpretatur, ait enim: *Dicit Augustinus in libro de correptione & gratia, quod primo homini datum est, non ut perseveraret, sed ut perseverare posset PER LIBERUM ARBITRIUM, quia nulla corruptio tunc erat in humana natura, qua perseverandi difficultatem praebere.* Unde S. August. solum intendit excludere a statu innocentiae necessitatem specialis auxilii sanantis inhumanitatis naturae (quale in nobis requiritur ad perseverandum) non tamen negat in primo homine necessitatem specialis auxilii, fingentis, ac firmantis liberi eius arbitrii veritatem.

Obijcies secundo: Donum perseverantiae erat debitum connaturaliter homini in statu integritatis & innocentiae Ergo non erat speciale Dei beneficium. Consequenter manifesta, Antecedens probatur. Omni formae in suo subiecto non impeditur concursus ad id omne quod ex natura sua exigit: Sed gratia habitualis in homine integro erat forma ex natura sua exigens perseverantiam & firmitatem, nullumque quantum ad hoc patiens impedimentum, sicut patitur in homine lapsa, & rebellionem concupiscentiae: Ergo ei debitum fuisset titulo connaturalitatis auxilium ad perseverandum.

Respondeo negando Antecedens, ad cuius probationem, data Majori, nego Minorem: licet enim gratia exiens in homine integro non pateretur, sicut in homine lapsa, impedimentum quoad sui conservationem, ex parte rebellionis concupiscentiae proveniens: erat tamen obnoxia impedimento, quod consistebat in mobilitate & vertibilitate liberi arbitrii, ut constat ex dictis in quarta probatione conclusionis.

Obijcies tertio: Debet assignari aliqua differentia, quantum ad necessitatem doni perseverantiae, inter statum naturae lapsae, & statum naturae integre, immo talem differentiam valde exaggerat D. Augustinus in libris de correptione & gratia, & de bono perseverantiae: Sed nulla est assignabilis, quoad hoc differentia inter illos duos status, si homo in natura integra indiguit auxilio speciali ad perseverandum, nam iuxta hanc doctrinam verum erit dicere quod sicut ad perseverandum actu non fatis est in natura lapsa auxilium sine quo perseverari non possit, sed requiritur insuper auxilium quo perseveretur de facto; ita & in statu naturae integre: Ergo, &c.

Respondeo, concessa Majori, negando Minorem: cum enim necessitas auxilii specialis ad perseverandum in gratia, proveniret in natura integre praecise ex vertibilitate liberi arbitrii, in natura vero lapsa oriatur etiam ex rebellionem concupiscentiae: sufficienter inde salvatur disparitas, quoad eius necessitatem inter statum naturae integre, & statum naturae lapsae: saltem autem omnino est, quod Divus Augustinus locis citatis exaggeret differentiam inter statum naturae integre, & statum naturae lapsae, quod ad necessitatem gratiae ad perseverandum: solum enim ibi in hoc distinguit illos duos status, quod cum Adamus in priori non perseveravit, solum potentiam ad perseverandum accepit: at vero in posteriori, cum aliqui de facto perseverant, praeter potentiam ad perseverandum, ipsam actualis perseverantiae donum accipiunt. Primo, inquit, *hominis datum est adjuvatum perseverantiae, non quo fieret ut perseveraret, sed sive quo liberum arbitrium perseverare non posset. Nunc vero sancti, in regnum Dei per gratiam Dei praedestinati, non tantum tale adjuvatum perseverantiae datur, sed tale ut eis perseverantia ipsa donetur, non solum ut sine isto perseverantes esse non possint, verum etiam ut per hoc donum non nisi perseverantes sint.*

Obijcies quarto: Potest Deus infundere voluntati viatoris habitum illam immobilitatem in bono; cui proinde debita sint auxilia efficacia ad nunquam peccandum: At talis habitus nihil aliud habet, quam habuerint illi quos Deus homini contulit in statu innocentiae; cum per illos natura esset integra & perfecta in utroque ordine naturae & gratiae, quo nihil amplius ille habitus praestare posset: Ergo de facto erant debita hominibus auxilia homini in statu innocentiae, subindeque bonum perseverantiae in illo statu non fuisset speciale Dei beneficium. Majorem docent plures ex nostris Thomistis in Tractatu de Incarnatione, etiamque probant primo, quia Deus potest reddere impeccabilem animam viatoris, per collationem gratiae habitualis, ut participans perfectionem aliquam gratiae consummate comprehenditur, quomodo beatam Virginem fuisse habitum impeccabilem docet D. Thomas variis in locis, praesertim 3. p. q. 27. art. 3. & in 3. d. 1. q. 1. art. 4. Ergo potest etiam voluntati viatoris infundere habitum, qui ex simili participatione immobiliter illum in bono, ac proinde cui debita sint auxilia efficacia ad nunquam peccandum. Secundo probant, quia potest Deus infundere intellectui viatoris habitum, ipsum immobilitatem in vero practico, quo infallibiliter dirigatur erga omnia agibilia; qualis fuit de facto scientia infusa animae Christi, qua eminenter erat practica & speculativa, ac independentis a phantasmatibus (ex quorum deflagratione solvitur non semper simul in actuali veri consideratione) semper erat in actu respectu omnium agibilium, quod etiam

etiam de scientia infusa B. Virgini tradant Alberthus Magnus, D. Antonius, Canisius, & alii: Ergo pariter potest frondere voluntati viatoris habitum, illum immobilitatem in bono, cui proinde debita sint auxilia efficacia ad nunquam peccandum.

385 Respondeo data Majori (cujus veritatem examinare praesens institutum non est) negando Minorem: nam licet habitus infusus homini in statu innocentiae, illum integram in utroque ordine naturae & gratiae constituerent, non tamen participabant perfectionem aliquam gratiae consummate comprehendentem, qua indeclinabiliter voluntatem in bono firmarent; alias homo in statu innocentiae non potuisset peccare, sicut Apostoli: per donum confirmationis in gratia, ipsis post adventum Spiritus Sancti concessum, impeccabiles constituti sunt: habitus autem ille quem possibilibus admittimus, perfectionem gratiae consummate participaret, qua voluntatem ad bonum quoad specificationem determinaret, sicut de facto id praestavit donum confirmationis in gratia, quod tollit, vel saltem ligat potentiam peccandi, & facit quod illa non prorumpat in actum & homo non peccet de facto usque in finem vitae, & infallibiliter in gratia permaneat.

§. VII.

Alia difficultas resolvitur, & in quo formaliter consistat perseverantiae donum, breviter explicatur.

Deo quarto, donum perseverantiae finalis consistere formaliter in conjunctione gratiae cum morte, ex efficaci glorificationis intentione imperata.

386 Probatur primo ex Augustino lib. de bono perseverant. cap. 1. ubi sic ait: *Hanc carere, de qua nunc agimus, perseverantiam, quis in Christo perseveravit usque in finem, nullo modo habuisse dicendus est, qui non perseveravit usque in finem.* Et cap. 6. de illa, inquit, *perseverantiam loquimur; quis perseveravit usque in finem, qui si data est, perseverantiam esse usque in finem; si autem non fuisset perseverantiam usque in finem, non est data.* Quibus verbis insinuat, de ratione perseverantiae esse, ut gratiam cum morte conjungat.

387 Probatur secundo ratione: In eo formaliter suum est donum perseverantiae, quo perseverantes a non perseverantibus distinguuntur: Atqui non distinguuntur in alio, antecedenter ad affectionem gloriae, quam in eo quod talis est divina providentia dispositio circa ipsos, ut debeant mori in gratia; cum alii interdum plus habeant gratiae & donorum Dei in hac vita: Ergo donum perseverantiae finalis consistit formaliter in speciali Dei dispositione, qua gratia cum morte conjungitur. Ex quo

388 Interes primo, perseverantium pro formali esse eisdem rationis in omnibus, cum in omnibus formaliter importet conjunctionem gratiae cum morte ex efficaci glorificationis intentione imperata; pro materiali vero diversitas in diversis importat: nam in his qui sine usu rationis decedunt, importat solum dei providentiam, ratione cuius ita omnia disponunt, ut mori ascendant antequam gratia possit auferri in aliis vero importat collationem variorum auxiliorum, vel ad respiciendum a peccato, vel ad vitanda peccata & superandas tentationes, & longo tempore in bono persistendum, aut etiam ad exitum in gratia in illo instanti, in quo ex speciali Dei dispositione mors accideret debet.

Auxilia vero que in diuturna perseverantia in bono reperiuntur, eleganter describit August. homil. 23. inter quinquaginta his verbis: *Adulter non fuisse in illa vita tanquam praeterita, plena ignorantia, nondum illuminatus, nondum bonum malumque discernens, nondum credens illum qui te nescientes regit. Hoc tibi dicit Deus tuus: regobam te mihi, servabam te mihi, ut adulterium non committeres, suaser desist; ut haec desister, ego feci. Locum & tempus desist; ut haec desister, ego feci. Assuit suspir, non desist locus, non desist tempus: ut non consentiret, ego feci. Agnosce ergo gratiam ejus cui debes & quod non admisti. Mihi debet, isti quod factum & dimissum vidisti: mihi debes & tu quod non admisti. Nullum est enim peccatum quod fecit homo, quod non possit facere alter homo, si desit rector a quo factus est homo. Ubi in prioribus verbis auxilium externae protectionis declarat, quo Deus revolvit occasiones peccandi: in posterioribus autem, auxilium internae inspirationis & motionis, quo facit ut homo recte operetur & longo tempore in bono perseveret.*

Interes secundo, donum perseverantiae finalis esse distinctum ab eo, quod requiritur ad diu permanendum in bono: nam multis datur donum perseverantiae finalis, quibus auxilium ad diu permanendum in bono non conceditur, ut patet in his qui statim post justificationem decedunt, & in parvulis, qui post acceptam baptismi gratiam, antequam ad adultam aetatem perveniant, rapiuntur, ne malitia muret intellectum eorum: e contra vero multi sunt quibus datur auxilium perseverandi in bono per multum tempus, & tamen donum perseverantiae finalis ipsis non tribuitur, ut patet in Juda, & illis Christi Discipulis, qui

eo relicto abierant retro, de quibus ait Joannes: *Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis: quod, si fuissent ex nobis, permansissent utique nobiscum.*

Narrat etiam D. Augustinus in libris contra Julianum, 389 sub finem, fuisse aliquem virum sanctum, qui usque ad sexagesimum annum continenter vixit, & postea hoc eodem anno uxorem duxit, a qua tamen per viginti quinque annos abstinuit, cum ea tanquam cum foret vivens: anno autem octogesimo quinto, cum spectaculis interfuisset, in quibus histrioniam saltantem & cantantem, nomine Lytiam, viderat & audiverat, cum ea turpiter reliquum vitae suae tempus abfolvit.

Confirmatur: Donum perseverantiae finalis est effectus proprius praedestinationis, & solis praedestinationis conceditur: auxilium vero perseverandi per multum tempus, non est effectus praedestinationis, sed providentiae generalis ordinis supernaturalis, & datur etiam reprobis: Ergo distincta sunt auxilia, illudque est specialius illis. Unde ea videtur distingui a Concilio Arausico can. 10. cum dicitur sanctis implorandum esse auxilium Dei, ut ad finem bonum pervenire, vel in bono possint opere perseverare.

Interes tertio, donum perseverantiae finalis differre a donum confirmationis in gratia: illud enim est commune omnibus praedestinatis: illud specialissimum, quod Deus non nisi B. Virgini, Apostolis, & aliis paucissimis concessit: illud non tollit, nec ligat potentiam peccandi, sed solum facit quod homo non peccet mortaliter usque ad finem vitae, & infallibiliter moriatur in gratia, quamvis absolute peccare possit; illud vero dat non posse peccare mortaliter aut venialiter, juxta modum quo datur: quidam enim ita confirmantur in gratia, ut nec mortaliter, nec venialiter peccare possint, sicut B. Virgo: alii vero, licet possint peccare venialiter, non tamen mortaliter, ut Apostoli.

Interes quarto, omnes qui sunt in gratia, nisi per eos iteriter, habere quidem quiddam necessarium est, ut possint, si velint, usque ad mortem perseverare, ut definit Tridentinum sess. 6. can. 22. (habent enim auxilia quibus possint legem implere, vitare peccata, & superare tentationes ad longum tempus) non habere tamen omnes auxilium, quo actu & infallibiliter perseverent usque ad mortem; quia deest multis specialis illa providentia, qua omnia ita disponuntur, ut gratia cum morte infallibiliter conjungatur. Cajus nullam aliam possumus assignare rationem, quam voluntatem Dei, & inscrutabilia judicium ejus, ut expresse docet Augustinus libro de bono perseverantiae cap. 9. his verbis: *Ex duobus parvulis originali peccato pariter obstrictis, cur iste affirmatur, ille relinquitur, & ex duobus aetate jam grandibus impiis, cur iste ita vocetur, aut non ita vocetur, in scrutabilia sunt judicium Dei. Ex duobus autem piis, cur huic donetur perseverantia usque in finem, illi autem non donetur, inscrutabilia sunt judicium Dei. Illud tamen scilicet debet esse certissimum, hunc esse ex praedestinatis, illum non esse. Nam si fuissent ex nobis, ait unus praedestinatorum, qui de peccatore Domini liberat hoc secretum, mansissent utique nobiscum. Quid est quod, non erant ex nobis? Nonne utriusque a Deo creati, utriusque ex Adam nati, utriusque de terra facti erant, & ab eo qui dixit, omnem statum ego feci, unus ejusdemque naturae animas acceperant? Nonne postremo utriusque vocati fuerant, & vocantem secuti, utriusque ex impiis justificati, & per lavacrum regenerationis utriusque renovati? Sed si haec audiret ille, qui sciebat procul dubio quod dicebat, responderet postea, & diceret: vera sunt haec, secundum haec omnia ex nobis erant: verumtamen secundum aliam quamdam discretionem non erant ex nobis, nam si fuissent ex nobis, mansissent utique nobiscum. Quamquam est tandem ista discretio? Patet libri Dei, non avertamus aspectum: clamat Scriptura divina, adhibeamus auditum. Non erant ex eis, quia non erant secundum propositum vocati, non erant in Christo electi ante constitutionem mundi; non erant in eo sortem consentii non erant praedestinati secundum propositum ejus qui universa operatur: nam si hoc essent, ex illis essent, & cum illis sine dubitatione mansissent.*

Ex hoc intelliges in quo differt perseverantia finalis a perseverantia non durante usque in finem, in libera hominis potestate non esse: nam perseverantia finalis a non finali differt per hoc, quod finis vitae conjungatur cum gratia, ex efficaci gloriae intentione: At neutrum in libera hominis potestate constitutum est, cum nec nostrae potestati efficacae electio ad gloriam subdatur, nec mortis eventus: Ergo id quo perseverantia finalis a non finali differt, in libera hominis potestate non est. Unde in Tractatu de justificatione & merito dicimus, disp. 2. art. 9. donum perseverantiae finalis a nobis non posse promereri.

Si autem queras, an Deus sit paratus omnibus tale donum conferre? Respondeo, quod sicut Deus voluntate antecedenti & inefficaci vult omnes homines salvos fieri, quamvis voluntate consequenti & efficaci praedestinatos duntaxat velit salvare; ita & omnibus voluntate antecedenti media ad salutem necessaria, subindeque donum ipsum perseverantiae, vult conferre, licet voluntate consequenti & efficaci solis praedestinatis illud velit tribuere,



ut ex verbis Augustini jam relatis manifestum est. Sicut ergo voluntas illa antecedens, qua Deus vult omnes homines salvos fieri, sufficit ut dicatur paratus omnes salvos facere; ita ut possit dici paratus omnibus conferre donum finalis perseverantia, satis est quod eadem voluntate antecedenti illis omnibus dare velit. Unde in oratione Dominica jubetur tale donum a Deo petere, cum dicimus: *Adventus regnum tuum*, ut supra ex D. Thoma annotavimus, Et Tridentinum sess. 6. cap. 12. de illo sic ait: *De perseverantia monere, de quo scriptum est: Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit; nemo sibi certum aliquid absolute certitudine pollicetur; tamen in Dei auxilio firmissimam spem colere, & repugnare omnes debent; Deus enim nisi ipsi illius gratia deservint, sicut cupit opus bonum, ita perficit, operans velle & perficere.* Est ergo fidelis usque ad mortem, & Deus dabit tibi coronam vite. Tene quod habes, ut nemo accipiat coronam tuam. Ne respicias retro, sicut uxor Lot, que (ut belle ait Augustinus) conversa est in statum salis, *ne fatuus suo condiret exemplo.* Denique huic prudenti Divi Bernardi consilio morem gerere: *Tene quod tenes, hostias eandem jungo capiti, unicum Dei gratia jam pollicitam, cura facere & saltem, quoniam cupisse nihil proderit, si, quod absit, perseverare non consideris. Sola enim perseverantia (ut supra ex Augustino vidimus) informat meritum, remunerat currentem, coronat pugnantem, & ad portum ducit navigantem. Sola (addit Bernardus) aternitatis quamvis speciem pra se ferat: sola est cui aternitas redditur, vel que aternitati hominem reddit.*

DISPUTATIO II.

De Essentia Gratiae.

Ad questionem IIO. D. Thomae.

Non agemus hic de essentia gratiae actualis, quia ejus consideratio pertinet ad Tractatum de auxiliis, sed solum de essentia gratiae habitualis, quae est nobilissima species gratiae, & gratiarum omnium fulgentissimum jubar, parentem omnium virtutum; cujus radii cetera fulgent charismata, quae fides niter, spes erigitur, scientia, prophetia, & aliae gratiae datae splendent, ipsaque caritas ignoscit ac fervet. Illa est, quae quod lumine illustratur, cujus munditie a peccatorum facibus purgatur, cujus candore dealbamur, cujus pigmentis veniuntur, cujus sanctitate sacerdotum Dei consecramur, cujus majestate Reges equamur, cujus semine filii generamur, cujus denique virtute profusis divina delectamur.

Porro quia accidens potissime cognoscimus ex genere & differentia quibus constat, & ex subiecto in quo residet, ex quo etiam quandoque ejus differentia sumitur, ideo D. Thomas quatuor articulos hanc quaestionem absolvit. In primo genus remotionis gratiae investigat; in secundo agit de genere proximo; in tertio differentialem ejus conceptum inquirat, & in quarto de ejus subiecto disserit. Cui ordini inherentes, & hujus S. Doctoris vestigia semper sectantes, totidem in hac disputatione de gratia sanctificante, dubia resolvemus.

ARTICULUS I.

Utrum gratia sit aliquid intrinsecum in anima?

Primum negativam tenent haeretici hujus temporis, existimantes gratiam non esse aliquid nobis insitum, sive in nobis existens, sed solum extrinsecum favorem & benevolentiam Dei, per quam anima est ipsi grata, & ab eo dilecta. Ita Lutherus, Calvinus, Kemnitius, & alii, quos referunt Bellarminus lib. 1. de gratia & libero arbitrio cap. 3. Decanus Lovaniensis art. 8. contra Lutherum, & Canisius lib. 5. de B. Virgine cap. 5. Ad eundem errorem accessit Pighius, vir aliquoquin Catholicus: nam lib. de gratia & libero arbitrio sic ait: *Imaginatur gratiam Dei, qualitatem aliquam creatam anima nostra a Deo, vel eandem cum caritatis habitum, vel distinctam ab eodem: qua communitatis universae existit.* Ut hic error proferatur, & veritas Catholica stabilietur & explicetur.

Dico: Gratia gratum faciens est donum aliquid homini intrinsecum, seu in nobis existens, non vero solum extrinsecum Dei favor, vel amor.

Probatum primo ex Scriptura: Dicitur enim 2. ad Cor. 1. *Signavit nos, & dedit nobis pignus spiritus in cordibus nostris.* 1. Joann. 3. *Omnia qui nati sunt ex Deo, peccatum non faciunt, quoniam semen ipsius in eis manet.* Joann. 4. *Qui biberit ex hac aqua, fiet in eo fons aquae salientis in vitam aeternam.*

Sed pignus communitum, sigillum impressum, semen insitum, aqua fons e corde scaturiens quid reale & intrinsecum inhaerens aperte sonant: Ergo Scriptura his figuris, seu metaphoris, manifeste declarat, gratiam gratum facientem esse donum aliquid homini intrinsecum, eique

inherens. Item D. Joannes in 1. Epistola cap. 1. intimam & realem gratiae justificantis in cordibus nostris praesentiam, sub unctiosis metaphora significat, dicens: *Unctio quam accepistis maneat in vobis: oleum enim secretiores corporum quibus insunditur partes attingit, penetrat, & pervadit, ac in eorum intima dilabitur & descendit.* Denique Apostolus ad Romanos 5. dicit caritatem (quae individua gratiae comes est) diffusam in cordibus nostris per Spiritum Sanctum: At quod effunditur in cordibus, illis insunditur, illis inhaeret: Ergo & gratia. Unde Augustinus lib. 1. de peccat. meritis & remiss. ait: *Deus nos sui spiritus occultissimam fiduciam detrahit, quam latenter insundit & parvulis.* Alii certe de gratia habituali loquuntur, cum ad parvulos minime spectat actualis.

Probatum secundo conclusio ex Tridentino sess. 6. can. 11. ubi sic habetur: *Si quis dixerit homines justificari vel sola imputatione justitiae Christi, vel sola peccatorum remissione, exclusa gratia & caritate, quae in cordibus eorum per Spiritum Sanctum diffundatur, & tunc illis inhaeret; aut etiam gratiam qua justificamur, esse tantum favorem Dei, anathema sit.* Quae verba exponens Catholicissimus Romanus Iulius P. V. editus, Tractatu de Sacram. Baptismi, sic ait: *Est autem gratia (quemadmodum Tridentina Synodus ab omnibus credendum sub haec anathematis decreto) divina qualitas, in anima inherens, et veluti splendor quidam & lux, quae animarum nostrarum maculas omnes delet, ipsasque animas pulchiores & splendidiores reddit.*

Probatum tertio ratione D. Thomae hic art. 1. quae seipso proponit. *Hominem esse in gratia Dei, est illum esse a Deo dilectum, ut latetur haeretici: Sed hominem esse a Deo dilectum, importat aliquid ipsi intrinsecum: Ergo & esse ipsi gratum, seu gratia habituali praeditum.* Minor probatur: cum amor sit affectio, quae quis tendit in aliquid obiectum propter ejus bonitatem, in hoc conveniunt amor divinus & humanus, quod aliquam bonitatem respiciat; differunt vero in eo quod amor humanus, cum sit sterilis & infirmus, nec fit effectivus, sed tantum affectivus, supponit in obiecto bonitatem a qua afficitur & attrahitur: amor autem Dei, cum fit fecundissimus & potentissimus, nec fit affectivus, sed effectivus, causat bonitatem in obiecto quod diligit. Unde D. Bernardus in soliloquiis exponens discrimen inter amorem Dei erga nos, & amorem nostrum ad Deum, sic ait: *Nos affectus, tu effectus unum nos in te efficiens.* Et cap. 4. de amore divino: *Non affectus a nobis, vel ad nos, cum nos amas; nos a te, & in te, & ad te affectum, cum amamus te.* Et D. Thomas 1. p. q. 20. art. 2. dicit: *Amor Dei est insundens & creans bonitatem in rebus.* Sicut ergo Deus eligendo creaturas in ordine naturali, communicat eis perfectiones naturales, quibus sunt obiectum congruum hujusmodi dilectionis: ita diligendo creaturam intellectualem in ordine ad finem, per talem dilectionem in ea causat aliquam bonitatem & perfectionem supernaturalem, quae sit ratio formalis constituens illam in ratione obiecti congrui & proportionati talis dilectionis: & hanc perfectionem dicimus esse gratiam gratum facientem, quae reddit hominem Deo gratum & acceptum in ordine ad aeternam felicitatem.

Obijciens primo: Praedestinatio includit specialem dilectionem Dei erga electos, juxta illud Malach. 1. *Jacob dilexi;* & tamen non ponit semper in eis aliquid reale & supernaturale, cum interdum contingat praedestinatos esse in stata peccati & infidelitatis, subindeque omnibus donis supernaturalibus spoliatis: Ergo saltem est, ex amore supernaturali Dei erga homines, debere causari in illis aliquid donum intrinsecum gratiae supernaturalis: & sic ruit praecipuum fundamentum conclusionis nostrae.

Confirmatur: Odium Dei nihil ponit intrinsecum homini quem odit, sed tantum facit quod sit extrinsecum obiectum displicens illi, ut patet in pueris in limbo existentibus, quos odit Deus ut Auctor supernaturalis, & tamen nihil ponit in illis: Ergo similiter Deus per suum amorem nihil intrinsecum ponit in homine, sed solum facit illum esse obiectum extrinsecum suae dilectionis.

Ad objectionem respondeo praedestinatio non includere dilectionem Dei effectivam pro omni tempore (sepe enim Deus praedestinatum existentem in peccato mortali, secundum praesentem justitiam, simpliciter odit) sed solum pro aliquo tempore, quo statim praedestinatum gratiam conferre, unde praedestinatus gratiam confert pro tempore a Deo statuto, non vero eo tempore quo ex decreto Dei non est efficacis, sed suspendit effectum.

Ad confirmationem, concessio Antecedente, nego consequentiam & paritatem. Ratio disparitatis est primo, quia homo potest ex propriis habere unde fit obiectum odii Dei, nempe peccatum, non vero unde fit obiectum amoris Dei supernaturalis, nimirum bonum supernaturale, juxta illud Augustini: *Ignoscit quod meum est, agnosce quod quod est.* Secundo, quia amor est actus profectivus, unde si non supponat bonum in obiecto in quo tendit, debet illud ponere: odium vero est per modum fugae & recessus, quare non pertinet ad illud, aliquid in obiecto ponere, sed potius ab eo tollere.

Obji.

7 Obijciens secundo: Ex amore, quo Deus assumpsit humanitatem Christi ad unionem hypostaticam, nihil superpartulare intrinsecum dimanavit in ipsam humanitatem, ante unionem: Ergo ex amore, quo Deus diligit hominem in ordine ad finem supernaturalem, non oportet derivari in ipsum aliquid donum intrinsecum & superpartulare, ante & praeter consecutionem beatitudinis supernaturalis.

8 Confirmatur: Etsi amor Dei respectu beatitudinis debeat esse efficacis, & causa rerum, poterit esse causa aliorum auxiliorum vel donorum supernaturalium: Ergo ex illa ratione non sequitur gratiam habitalem debere poni intrinsece in homine.

9 Respondeo ad objectionem, concessio Antecedente, negando consequentiam & paritatem. Ratio discriminis est, quia amor ad unionem hypostaticam terminatus, est respectu existentiae & personalitatis divinae, quae teste D. Thomae 3. p. q. 6. art. 6. ad 1. immediate unitor humanitati, sine aliqua dispositione pravia: amor vero in ordine ad beatitudinem, est in ordine ad operationem, quae ut fit perfecta & connaturalis, debet supponere gratiam, ut naturam quae sit connaturalis.

10 Ad do quod humanitas Christi est sancta substantialiter, anima vero iustorum accidentaliter tantum sancta sunt; potest vero intelligi aliquid esse sanctum substantialiter, absque forma intrinsece recepta, dum tamen sit ipsi intrinsece unita in ratione termini, esse autem gratum accidentaliter, & cum sola tendentia ad unionem cum Deo per operationem, petit indispensabiliter gratiam creatam, & anime inherentem, nec praestari potest a sanctitate increata; quia hujusmodi effectus requirit informationem, cum sit ad constituendum compositum accidentale, & non ad terminandum substantialiter in ratione existendi vel subsistendi.

11 Ad confirmationem dicendum est, gratiam causari in homine ex amore supernaturali Dei, non quocumque & imperfecto, sed perfecto, quo vult illi visionem beatificam, ut digno, ac suo haeredit; nam talis amor, pro tempore quo est efficacis, causat in homine gratiam, per quam participat naturam divinam cui debetur beatitudo ut haereditas. Unde triplex debet in Deo distingui dilectio: una pure naturalis, quae Deus diligit creaturas omnes in ordine naturali, juxta illud Sapient. 11. *Diligis omnia quae sunt, & nihil odisti creatura quae fecisti:* alia supernaturalis imperfecta, quae creaturam rationalem dicitur a Deo dilecta secundum quid & inchoative, in ordine ad aeternam felicitatem: altera denique perfecte supernaturalis, quae homo simpliciter & perfecte diligitur a Deo in ordine ad aeternam beatitudinem. Per primam bona duntaxat naturalia, ut esse, vivere, & intelligere, creaturis communicantur: per secundam conferuntur homini fides, spes, & auxilia sufficientia, quae possunt compati cum peccato mortali, & cum odio & inimicitia Dei: Ex tertia vero donum gratiae sanctificantis promanant, quae homo fit simpliciter Deo gratus & acceptus in ordine ad aeternam beatitudinem.

12 Obijciens tertio: Amor divinus praesupponit bonum in homine quod sit motivum dilectionis Dei: Ergo ratio D. Thomae saltem supponit, dum ait quod amor Dei causat in homine bonum, & non supponit illud. Consequentia patet: Antecedens probatur primo ex illo Hier. 43. *Ex quo honorabilis factus es & gloriosus in oculis meis, ego dilexi te.* Quo significatur dilectionem Dei non causasse, sed suppositisse quod homo fuerit honorabilis & gloriosus. Secundo probatur item Antecedens: Deus amat hominem in ordine ad beatitudinem propter merita: Ergo amor divinus praesupponit, & non causat bonitatem meritorum, sine quibus non daret gloriam. Probatum tertio: Obiectum praesupponitur, & praesupponitur ad actum: Sed bonum quod relucet in creaturis, est obiectum divini amoris: Ergo ad ipsum praesupponitur & praesupponitur.

13 Respondeo negando Antecedens: Ad ejus primam probationem respondet D. Thomas ibidem, dilectionem Dei fecisse hominem gloriosum & honorabilem, & ita illam particulam; *Ex quo*, non significare causam, sed concomitantiam, vel signum dilectionis, & effectum illius.

14 Ad secundam probationem nego Antecedens: nam licet Deus in ordine executionis det gloriam propter merita, in ordine tamen intentionis, prius vult gloriam quam merita, immo quia vult hominis gloriam, dat ei merita quibus illam consequatur, juxta illud D. Prosperi 2. de vocat. Gentium cap. 35. *Deus his quos elegit sine meritis, dat unde ornentur ex meritis.* De quo plura diximus in Tractatu de praedestinatione disp. 2. art. 1.

15 Ad tertiam respondeo primo, obiectum praesupponi ad actum, quando ille est mere speculativus, scilicet vero si sit practicus, quia tunc est ejus effectus, & per consequens posterior illo. Unde scientia visionis in Deo, quia est eminenter speculativa & practica, non supponit suum obiectum, sed illud facit, nec mensuratur a rebus,

sed est illarum mensura, et ostendimus in Tractatu de scientia Dei disp. 3. art. 2. & expressit docet Greg. Mag. Moral. cap. 23. his verbis: *Qua sunt non ab aeternitate ejus ideo videntur, quia sunt, sed ideo sunt, quia videntur.* Et lib. 32. cap. 6. *Non existens videndo continet.* Idem cum proportione de amore Dei dicendum est cum ille sit practicus & operativus, & ut loquitur S. Thomas supra relatus. *Sit insundens & creans bonitatem in rebus.*

Respondeo secundo, obiectum praesupponi ad actum, quando est primatum, & exercet causalitatem finis vel formae respectu actus, ut accidit in obiecto cognitionis aut volitionis create, scilicet vero si obiectum sit tantum secundarium, & nullam circa actum causalitatem exercet, ut contingit in obiecto creato respectu scientiae visionis Dei, & dilectionis ipsius.

Respondeo tertio, quod sicut intellectio potest dupliciter spectari, scilicet ut productio verbi (sub quo conceptu dicitur dictio) & prout est pura obiecti contemplatio in ipso verbo; ita amor Dei potest considerari ut est volitio efficacis & practica sui obiecti, & ut habet rationem dilectionis simplicis, sive complacentiae. Unde sicut intellectio ut dictio est prior verbo; posterior vero, ut est pura contemplatio obiecti in verbo: ita amor Dei, ut efficacis & practicus, est prior bonitate quam communicat creature; si vero consideretur praecise sub conceptu pure dilectionis, sive complacentiae, non est prior; immo sub hac ratione potest esse posterior, non quidem quoad entitatem, sed quoad suam terminationem.

ARTICULUS II.

Utrum gratia sanctificans sit qualitas & cujus speciei?

Stander in sua harmonia Evangelica asserit gratiam sanctificantem esse potius substantiam, quam qualitatem. Fundamentum ejus est, quia gratia nihil aliud est quam justitia & sanctitas ipsius Dei, ut constituitur hominem justum & sanctum, sicut lux solaris nihil est aliud praeter praesentiam ipsam Solis supra horizonem, seu totum hemispherium; unde cum Dei sanctitas non sit accidens, sed substantia, unde cum Dei sanctitas sanctificamur est substantia. In eandem sententiam seu potius errorem, declinare videtur Magister sententiarum in 1. dist. 17. ubi docet caritatem, qua diligimus Deum, non esse aliud quam ipsum S. Sanctum, & specialiter ineffabili modo voluntati nostrae unitum.

Verum hic error proscriptus est a Trid. loco supra adducto, ubi decessit causam formalem nostrae justificationis esse justitiam Dei, non qua ipsi justus est, sed qua nos justos facit; additque eam nobis inhaerere, quod de nulla substantia verificari potest. Ad do quod Deus non potest uniri intrinsece alicui, nisi ad modum speciei impletae, vel per modum substantiae & personalitatis; alia enim genera unionum, cum importent informationem, non possunt ab imperfectione praescedi: Sed substantia divina non unitur anima justis in ratione speciei, alias omnes justis viderent Deum; neque in ratione substantiae, cum illa subsistat per propriam personalitatem: Ergo gratia sanctificans non est ipsa Dei substantia, ut unita immediate anime, sed aliquid accidens creatum in ea receptum, & ipsi inherens. Unde solum restat discutendum, ad quod praedicamentum illa pertinet, & cujus speciei sit? Pro cujus resolutione

Dico, gratiam sanctificantem esse qualitatem, non substantiam, sed permanentem, subindeque non esse dispositionem, sed habitum.

Prima pars patet ex dictis: Nam supposito quod gratia sanctificans non sit substantia, sed accidens, non potest ad aliam categoriam quam ad qualitatem pertinere: non enim potest esse quantitas, cum haec sit proprietates materiae, & solis rebus corporeis conveniat; neque relatio, cum haec sit debilissima & minutissima entitatis, & magis ad aliquid, quam aliquid, ut docent Philosophi, neque actio aut passio, cum non sit haerens & transiens, sed habeat esse fixum in anima, ut statim dicemus; nec denique potest pertinere ad aliquid ex sex ultimis praedicamentis, quia illa semper consequuntur rebus corporeis: Ergo solum potest in categoria qualitatis reponi. Unde Catholicissimus Romanus articulo praecedenti citatus ait: *Gratia est divina qualitas anima inhaerens.*

Quod vero sit permanentem in anima, subindeque habitus, & non dispositio, colligitur ex locis Scripturae art. praecedenti relatis, in quibus gratia vocatur pignus, signaculum, fons, quae significant aliquid habituale & permanentem. Item 1. Joann. 3. dicitur: *Omnia qui ex Deo nati sunt, non peccant, quia semen Dei manet in illo.* Et Joann. 14. *Ad nos venimus, & mansionem apud eum faciemus.* Unde D. Gregorius hom. 5. in Ezech. recte advertit, quod S. Sanctus in Scriptura mobilis simul dicitur & stabilis; stabilis, quia in corda sanctorum per quasdam virtutes ita venit, ut permaneat, quales sunt fides, spes, caritas, &c. mobilis vero, quia per alias virtutes ita venit, ut recedat, & non